



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. V. De officio, & potestate arbitri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

rius arbiter dici debet ; cùm non sit alsumptus à partibus , quām consultor , & dīcēptor causæ controverſæ . Imò juxta c. 13 h. t. conceditur arbitris , ut per alios , quos ipſi elegerint , cauſam deſcriant ; qui tamen non tam arbitri , quām arbitratores ſive mediatores , compositio- nē amicabilem ferant , prout Glosſa afferit h̄c V. Mediatores , qui de plano & ſine ordine judiciario ſeu cognitione aliqā partes in concordiam componant , & quorum arbitramentum , ſi iniquum fit , ad arbitrium boni vitii , ſeu judicis redigatur . Neque tamen per hoc prohibetur , quō minus compromiſſum validum fit , cum dependentia exquirendi alterius consilii , modò liberum deinde relinquatur arbitro ſequendi , vel non ſequendi tale consilium . c. Cūm olim 7. h. t.

§. V.

De officio , & potestate arbitri .

Tota potestas & officium arbitri ex compromiſſo dependet , ac defumus debet , ita ut de iis tantum arbitri arbitriū ferre poſſit , ſuper quibus compromiſſum eſt , & non ſuper aliis , cùm compromiſſa talia ſint ſtriči juris , ultra velle compromittentium non exten- da , niſi fortassis h̄c talia neceſſariō cum cauſa principali connexa ſint , & ſine hiſ cauſa principalis expediti non poſſit . Et hinc coram arbitris non poſteſ fieri re- convenio . c. Cūm dilectus 6. h. t. niſi ſint arbitri juris , qui statim cauſam expe- diere poſſant , & debent , aut Clericus con- tra Epifcopum ſuum item moverit . Et niſi in compromiſſo ſpecialiter cauſam ſit aliud in praefencia partium compro-

mittentium , pronunciare arbitrium de- bent , prout colligitur ex Ex parte 10. b. 1. junc̄tā Glosſa in cit. c. Cūm dilectus V. Niſi de his , Eodem . Et quamvis proprie- & ſtričē loquendo arbiter compromiſſarius non ſit Iudex , debet tamen ſervare ordinem judicialem , quia hodie juxta L. 4. ff. h. t. compromiſſa , & arbitria ad ſimi- tudinem judiciorum redacta ſunt , ita ut libellus coram arbiter compromiſſario etiam afferri debeat , debeat fieri h̄c contestatio &c. & quamvis laudum , quod arbitrijuſtē tulerint , omnino le- vandum fit , ſi tamen dolo aut ex alia in- quitate injuſtum illud fit , obſervandum non eſt , uti ſummoſit ex c. Non ſine 2. h. t. vel ſi cedat in p̄judicium & dāmnum Eccleſiæ c. peruenit 3. h. t.

§. VI.

De effectu , ſeu obligatione compro- miſſi , & ſententia , ſeu laudi Ar- bitrorum .

D E jure Civili nulla efficax obligatio- nis aut actio competit , quā pars ſitne compromiſſo cogantur , aut ad interēſe conduceretur pars aliqua , ſi per nudum pactum in arbitrios compromiſſum ſit ; ſecus autem dicendum videtur de jure Canonico , ubi ſecundum aliquos ex tra- do pacto etiam datur actio ; & de jure Civili , ſi in compromiſſo faciendo ſequela- tio intervenit , ut colligitur ex L. Dicte 27. ſ. fin. junc̄tā Glosſa V. incerti h. t. & ex c. Per tuas 9. h. t. Praeterea ſi arbitriū ſive laudum à partibus emologa- tum , ſive approbatum , & receptum ſit , quo in cauſa datur etiam exceptio , & ailio quaſi rei iudicata : & quamvis ex defendo-